HUGO RIPELIN DE ARGENTINA
Salzburg (?), 2. Hälfte 14. Jh.
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8159
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



· 2 ·

sima unqua imagines rerum sensibilium reservatur. Hic vero plus abstrahit quam sensus qui sensus non accipit formam nisi presente re. Ista autem reservat et re absente. Sed hoc etiam ymaginacio differt a sensu communi qui presentia rei exterioris indiget sicut sensus proprii. Ista vero thesaurus formarum vocatur quia ymaginacio sicut dictum est forme apprehensibilibus sensibus recepte retinendo et immobiliter. formam.

Hic pro ordinate manifestandum prius cerebrum sicut et sensus communis. Sed post illum locum ubi est sensus communis ponitur et hic maior est durities ex frigiditate cerebri provenens ubi et ymaginativa retinet impressiones a sensu communi receptas.

Estimativa vero est

De estimativa virtute.

que a forma aquilina intentiones elicit quas sensu corporis non percipiunt. Sed quia ovis fugit lupum et lupus miseretur nato suo. Hic autem non possit fieri nisi lupus habet cognicionem huiusmodi et quia individuum est natus eius sicut rosus apprehendit sibi lupum nocivum. Ista vero non possunt scire per sensum. Estimacio differt ab ymaginacione quia ymaginacio solum retinet formas apprehensas per sensum communem ad ymaginacionem solam non sequitur affectus nec vel tristicie vel fuga vel insecucio. Ad estimacionem autem statim sequitur quelibet istorum. Unde sicut nullo pacto se habet de speculativum ita se habet estimativa ad ymaginativam et propter hoc estimativa non penitus apprehensiva sed etiam motiva propter quod determinatur ad quod movere debeat vel a quo fugere. Cum enim vel movetur ad cibum communem ymaginacionem ubi est inanis. Sed ymaginacio non movet solum immo apprehendit opus

40